



Disputatio medica inauguralis de Hydropo Anasarca

<https://hdl.handle.net/1874/345215>

13.

DISPUTATIO MEDICA
INAUGURALIS

DE

HYDROPE ANASARCA,

QUAM

AUSPICE SUMMO NUMINE,

Ex Autoritate Magnifici D. Rectoris,

M. JOHANNIS LEUSDEN,

Philosophiae Doctoris, & Linguæ Sanctæ in Illustri
Academiâ Ultrajectinâ Professoris Ordinarii,

UT ET

*Amplissimi Senatus Academicus Consensu, & Nobilissima
Facultatis MEDICÆ Decreto,*

PROGRADU DOCTORATUS,
Summisque in MEDICINA Honoribus, Prærogativis &
Privilegiis, legitimè consequendis,

Eruditorum examini subjicit

OLPHERTUS LEPIE, ENCHUSA-BATAV.

Ad diem XII. JUNII, horâ locoque solitis.

TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officinâ FRANCISCI HALMA, Academiæ
Typographi, cœc xci.

VIRO Æquissimo,

D. ZACCCHARIAE LEPIE,
Chirugo apud Enchusanos dexterri-
mo , experientissimo , Parenti vene-
rando , filiali amore in æternum co-
lendo ,

N E C N O N

Gravissimis , Amplissimis DOMINIS,

D. GERARDO MOESKOOCKER,
J.U.D. ad rem naucleriam Deputato;
Rei Maritimæ , Collegii Architalassici,
quod in West-Frisia & Tractu Boreali
est , Præfecto; Civitatis Enchusanæ Ex-
scabino ,

D. JOHANNI HAGHA , J.U.D.
Civitatis Enchusanæ Senatori & Ex-
consuli: Cognatis dilectissimis , omni
honore semper prosequendis , vene-
randis ,

Hanc Disp. Inaug.

D. D. D.

OLPHERTUS LEPIE.



DISPUTATIO MEDICA
INAUGURALIS
DE
HYDROPE ANASARCA.

THEISIS I.



Ydrops Anasarca , cui & Leucophlegmatia nomen , est cum tota carnea moles alba , mollis , plerumque subtumida appetet , ob humorum aqueo-glutinosum sub cute collectum , ibique carnibus adhaerentem , loco succi nutritii ; unde subito corpus tantum sumit incrementum .

II.

Hic affectus Cachexiae maxime affinis est , differens tantum gradu : in Cachexia namque humor hic aqueo-glutinosus , qui cum sanguine , loco succi nutritii , ad partes defertur , agglutinatur quidem , verum non assimilatur ; in Anasarca nec agglutinatur , nec assimilatur .

A 2

Fit

III.

Fit igitur Anasarca cum crudus & semi-coctus sanguis in corpus distribuitur, ita ut copiâ illius humoris vasa omnia abundant, & universum corpus mole augeatur, atque adeo habitus vitietur, ut cognosci nequeat.

IV.

In omni hydrope Jecur, sed hic præsertim patitur, g̃ve per se, vel per consensum; per consensum inquam, nempe vicinarum partium malam dispositionem: ut per læsam actionem Ventriculi, Lienis, Intestinorum, Mesenterii, Septi Transversi, Renum: per se vel scirro, vel ulcere afficitur, aut vulnere tentatur. Sic & ex nonnullis causis aliis, ipsum Hepar debilitantibus, oriri potest aqua intercus, ut pote ex immodica hæmorroidum profusione, aut ex iisdem diuturno tempore suppressis; similiter & ex menstruorum omnimoda cessatione, aut immodica vacuatione.

V.

Calor internus strangulatur ob spirituum una cum sanguine jaeturam: nam cum sanguis sit fons omnis caloris, eo profuso calor cessat, & magna debilitas roti corpori inducitur. Sic ventriculus male affectus Hydropa inducere potest; concoctio enim secunda prioris vitium emendare nequit.

VI.

Cum enim Hepar & ejus actio, quæ est Bilis a sanguine secretio, principaliter fuerit debilitata, tunc sanguificatio multum læditur, & sanguis generatur serosus

&

& aqueus, valde crudus, qui ad partium nutritionem mis-
sus, eis non unitur, verum partium porositates replet sic,
ut corporis habitus in tantum elevetur.

VII.

Sæpe etiam Febribus longis supervenire solet; iis enim,
qui diuturnis febribus consumuntur, etiam spiritus & ca-
lor vitalis dissolvuntur, & sanguificatio in totum læditur.
Sic & omnia quæ sanguificationis virtutem infringunt,
efficiunt, ne sanguis chymum in sanguinem commutet, at-
que sic etiam Hydropa inducere possunt.

VIII.

Morbus enim acutis, secundum Hipp. prog. 2. maxima
ex parte Hydrops Anasarca subvenire solet, debilitatis par-
tibus sanguificationi dicatis.

IX.

Quemadmodum in omni Hydrope aqua colligitur, ne-
cessario ita & in hac specie. Cum enim sanguis semper pe-
netret corporis nostri vasa, fieri non potest, quin aqua ipsi
permixta, & cum eo ad habitum corporis delata, ibi de-
ponatur & colligatur. In ascite vero diversus & difficilior
est collectionis modus: hic enim fit per transcolationem
seri, laxatis rarefactisque vasis peritonei, vel hepatis, vel
aliorum viscerum.

X.

Locus autem ubi colligitur aqua in Anasarca seu
leucophlegmatia, sunt meatus & pori ipsius carnis, in
quibus haud aliter atque in spongia hæc aqua colligitur;
qua ratione leucophlegmatia differt ab Ascite & Tym-
panite,

6 DISPUTATIO MEDICA

panitide, in quibus aqua colligitur inter peritonaeum vel
in cavitate abdominis.

X I.

Hydrops hic, sicut & aliæ species, signa habet communia, & propria. Communia duplia quædam sunt; communia speciebus in quantum hujusmodi, quædam eis sunt communia, in quantum ex communibus causis oriuntur; prima sunt qualitatis mutatae, ut coloris mutatio, ad citrimum, pallidum, viridem seu nigrum, deinde inflatio extremorum & maxime pedum, propter elongationem a fonte caloris, & propter motum & situm eorum insimum, propterque materiae gravitatem. Si vero sit mala complexio calida, & morbus acutus debilitans eam, signa sunt, inflammatio, febris plurimum lenta; Si vero mala complexio fuerit frigida, signa prioribus erunt contraria: Si vero per consensum, signa erunt secundum partis debilitatem vel sanitatem, id est, secundum intentionem & remissionem.

X I I.

Propria Anasarcæ signa sunt, in toto corpore inflatio & in extremis membris, facie & oculis, nec non foveæ relictae a pressione digitorum. Venter reliquo corpore æqualis est, sequitur aliquando fluxus sanguinolentus & alvus mollis, tendens ad albedinem. Pulsus mollior, undosior, & languidior quam in aliis recensitis speciebus, propter diffusam humiditatem in membris. Urina plerumque alba & lactea, respiratioque difficilis. Addit & Celsus anhelitus fætorem, vomitumque alborum & crassorum humorum, frequensque animi deliquium, sed maxime ubi morti proximus est æger.

C A

Ad

INAUGURALIS.

7

XIII.

Ad Prognosin quod attinet; omnem hydroperis speciem gravem esse, curatunque difficultem, eoque difficiliorem reddi, quanto magis inveterata est, Divinus pronunciavit Hipp. omnium vero specierum curatu facilissima est Anasarca sive leucophlegmatia, eo, quia in hac pituita est semicocta, cum in aliis speciebus crudiores humores existant. Præterea plerumque Anasarca a crapula, atque corporis exercitatione intermissa oritur, quæ causa inhius rebellis est, ideoque facilius curationem admittit, per ea, quæ talem humorem absumunt & exsiccant.

XIV.

Ad Curationem requiruntur: primum ut aër eligatur calidus, siccus, serenus, non ventosus aut crassus; nihil enim magis hydroperico nocet, quam aër crassus & frigidus. Somnus quoque brevis, vigilæ longiores, quia magis exsiccant. Si febris adsit, corpus non moyendum, vel si moveri placeat, leviter hoc fiat; Si vero non adsit, ambulandum, currendumque est, corpusque omni exercitiorum genere exercendum, etiam secundum divinum Hipp. omni laborum genere. Potus quanto parcior, tanto utilior. Animi perturbationes vitandæ, repletio fugienda, inanitione iuvat.

XV.

Antequam latius in curatione procedamus, videndum an venæ sectio in Anasarca, etiam sit utilis? si materia turgeat, in principio statim est secunda, sive a causa frigida sive calida orta sit. Si a frigida, ne intemperies calida jam debilitata plane extinguitur: evanescuta enim aliqua crudorum humorum copia, qui cum sanguine in vasis abundant, & instar viridum

viridium foliorum debilem membrorum calorem suffocant; tunc natura tali onere levata, reliquos humores facilius concoquere potest. Si vero a calida, detrahendo materiam caloris, ne sanguis intactus plurimum lœdatur: mittatur vero sanguis, si malum ex suppressione hæmorrhoidum vel mensum ortum sit, ex vena tali vel poplitis, in aliis casibus ex vena brachii.

X V I.

Ubi Sanguis missus est, præparandi & evacuandi erunt humores; verum paulatim, nec una vice, aut valentioribus pharmacis: præparabimus autem humores tali decocto, quod Mercurialis laudat.

R. Fol cuscute.

Eupatorij.

Ceterach.

Origani.

Betonic. ad M. s.

Coq. inf. q. Aq. pura, S. A. ad Colatur, 3xxv.

Præparatis jam humoribus hoc, vel ejusmodi decocto alio, eos evacuare oportet; pro evacuatione hoc pharmacum erit accommodatum.

R. Pulv. Radic. Jalappi.

Cremor tartar an. gr. xv.

Diagridij gr. vij.

Gutta Gamb. gr. iv.

Ol. Juniper. gt. ij.

M. F. Pulvis.

Vel

R. Resin Agaric. Gr. xv.

Mercur.

Mercur. dulcis gr. v.
Troch. albandal. gr. iiij.
Ol. Fanicul. gt. iiij.
M. F. Pill. No. viij.

Vel

R. Conf. rorifmarin.

Salvia ad 3vj.

Elect. Hydragog. 3fl.

Ol. Juniper. gt. vj.

Fiat conditum; de quo patiens interdum aliquid mane accipiat.

R. Radic. Irid. nostratis Recent. 3ij.

Cort. median. sambuc. 3iij.

Radic. Bryonia 3j.

Summit. Absinth. Mj.

Fol. senn. Mundat. 3vj.

Bacc. Sambuc. 3iij.

Sem. fænicul. 3ij.

Contundant. & Conscind. & Coquantur S. Art. in S. Q. Aq.

Comm. ad Colatur 3xxv. Cui adde

Rob. Samb. 3iij.

Aq. Theriacal. 3ij.

*Sp. Salis * Dij.*

Misceantur.

*Possent & aliæ species medicamentorum recenseri, verum
thesium brevitas non patitur.*

XVII.

*Evacuatis & purgatis jam crassis humoribus; materia
serosa porro est educenda, vel per urinas, vel per sudores.
Per urinas evacuatur humor Decoctis aperitivis, ex Rad.*

B apii,

apii, foeniculi, asparagi, allii, rufei, graminis, angelicæ, cavæ, costi, ononis, Herb. chelidoni majoris, cuscute, chamædryos, salviæ, thee, semine anisi, foeniculi, cnici, dauci, milii, urticæ, & similibus; non tamen exhibentur in parva quantitate, sed in larga, ut ad $\frac{3}{4}$ x. Per sudores etiam evacuat humor peccans Stoffis. &c. Fovex, item Insolationes usurpandæ sunt. Hydropicus enim accipiendus est, & collocandus sub sole ardente, capite tecto ante meridiem per horam unam, & tunc leviter mollique manu fricandus, ut sudor exeat, habitusque corporis viscidis humoribus constipatus rarefacat. Etiam tale remedium displicenter Sudatoria alia parari possunt. v. gr.

R. Resur. Lign. Sanct. $\frac{3}{4}$ vj.

Sassafras. $\frac{3}{4}$ j.

Rad. China. $\frac{3}{4}$ p.

Macer. & Coq. in S. Q. Aq. Comm. adde

Cort Median. Sambuc. $\frac{3}{4}$ j.

Bacc. Juniperi $\frac{3}{4}$ j.

Radic. Liquirit. ras. $\frac{3}{4}$ p.

Fit decoctio ad lib.

Vel exhibeat Decoctum Seminis milii ex Aqua, & Vinum admisceatur, & hoc calidum bibat hydropicus. Aliqui etiam propinant Spiritum Juniperi cum Alliis infusis, vel Aquas Theriacales, succum Iridis nostrat. & similia. Hæc mixtura etiam convenit.

R. Aq. Foenicul.

Petroselin an. $\frac{3}{4}$ p.

Vita Matthiol. $\frac{3}{4}$ vj.

Theriacalis $\frac{3}{4}$ j.

Antimon. Diaphoret. $\frac{3}{4}$ j.

Ocul. Cancer. $\frac{3}{4}$ p.

Syrup. 5. Rad. $\frac{3}{4}$ j.

Ol. Juniper. gr. v.

INAUGURALIS.

Sp. sal. armoniac. gr. xvij.
Misceantur.

XVIII.

Tandem per insensibilem transpirationem consumuntur illi humores in Balneis naturalibus, sulphureis, nitrosis; etiam adhibenda sunt lavacra ex Aqua Marina; Emplastrum ex cochleis crassis facta, contusis cum farinis exsiccantibus, ut farina hordei, volatilis, lupini, &c., hæc enim apposita insensibiliter humorē exsiccant. Hisce sic administratis, peculiari symptomatum curatione opus esse non videtur, cum pleraque ab hoc humorē dependant; itaque per ejus ablationem facile evanescant: si quæ tamen sint, quæ singularem medici curam exposcent, his, & partis & humoris habita ratione, occurrentum.

VI



.I.V

2 I M I T CO₂
B 2

COROLLARIA.

I.

*Dari medicamentum universale, quod vulgo panae
cæam vocant, negamus.*

II.

Medicamenta specifica proprie non dantur.

III.

*Calculum in renibus aut vesica urinaria dissolvi
posse negamus.*

IV.

Hinc medicamenta saxifraga non dantur.

V.

*Omnium Morborum diagnosis ac prognosis ex urina
depromi nequit.*

VI.

*Multi tamen morbi, partium in primis fluidarum,
ex urina divinari possunt.*

F I N I S.